

1721

1. Kruse, Petrus. Fr. d.: De re quib[us] inter iura
Caesareae maiestatis et ordinum imperii servando.
Oratio inaug. Accesi: Programma: De recentate
et usu studiorum iuris patrii
2. Muhlius, Henricus, Acad. Pet. procur. et prof. pri-
maries: Programma, quo ad Disputationem Friderici
Immeri. Vatis ... invitata.
3. Vogt, Francis. Immeri: De testamentis secundum
iura Hessica et Holistica
4. Wiedschmidt, Wilhelm Haldenius: Programma, quo
in inaug. Disputationem Petri Hemmings invitata.

1722.

1. Opilius, Paulus Fr. d.: De Hadriani Imperatoris
nomine, indeole, virtutibus ac virtutis.
2. Vogt, Francisus Immeri: De communione bonorum
poter emperges ejusque effectu.



1724.

Vagt, Bauensis & mesius : De artus justicium
afficio

1725

1. Harpprechtius Ic Harpprechtstein, Reptor Christoporus :
De servitate legali ejusque variis in iure effectibus.

2. Luthes, Coriolanus Fridericus : De usu fictionum
in medicina

3. Waltschmidt, Wilhelm Haldenius, Ord. med. decanus
Programma, quo ad Dissertationem in mag. Georgii Fas-
sii) invitata.

4. Waltschmidt, Wilhelm Haldenius : De valore
medicinae et chemiae hadernae-

5. Waltschmidt, Wilhelm Haldenius, Ord. med. decan.
nus : Programma, quo ad Dissertationem in mag.
(Christiani Joachimi Toscovi) invitata

1726.

1. Hane, Philip. Tr. : De concertis Tolerancibus.
2. Harpprechtus de Harpprechtstein, Stephanus Christopherus :
De jure naturae Hamburgensis.
3. Hartmannus, Joannes Zacharias : Alberto hispanorum
Ducum Laxoniae . . . Dissertatione, praelectoribus
in ias Romanorum Germanium publicum et feudale prae-
missa collaudavit. Accedit tabula aerea moni-
mentum Alberto . . . Endae 13 Fissia positionem
representans
4. Haurius, Fredericus Guiliel : De lucro doli ejusque
privilegio in concursu creditorum.
5. Haurius, Fredericus : De arresto invenio.

1729.

- 1^o, 6^o, 8^o Hartmannus, Jo. Zacharias : De confusione incantatis
cosmique separatione. 3 Junij 1727, 1731, 1741.
2. Hartmannus, Joannes Zacharias, Ord. jis. Recens :
Programma, . . . que Republicum suum - Trans. Helveticu-
Zelous . . . in Ditz.

1727.

3. Thunius, Fridericus Gallus : De donatione onerosa

4. Thunius, Frider. Gallus : De appellatione ab excessione
hinc ejus indicatae

1728.

1. Lutherus, Carolus Fridericus : De morbis simulatis ac
dissimulatis

2. Programme in ang., Bid. med., quo ad Dissertationem
W. Helms Henrici Waltschmidt invitatur.

3. Waltschmidt, W. Helms Haderius : De vulneribus
arteriarum in artibus saepè funestis, raro letali
libens.

4. Waltschmidt, W. Helms Haderius, Farmed. Decanus
Programma, quo Disputationem in ang. Georgii Ho
sigii induit.

1729.

1. Fricker, Fridericus : De critici creditorum citatis
vulgo proclamate secundum iura Savonica et Holsteinae

1729.

L. Iurius, Fridericus Gallus : Dissertationis iuridicae
et constitutions, Sacrum Hessico - Halsaticum
de pecunia pectorum luto colloquenda.

1729.

3. Mai. Fischen bei Wittenberg
mit der Automobil und Boot, wind
und plötzlich und unerwartet p
eigentlich und nach einer Stunde
zurück, ohne Fischen, aber mit ein
domänen.

2. Mai. Vom Freitag bis am Sonntag
Wittenberg, Hohen Neuendorf, Brandenburg
3. Mai. Wittenberg, Berlin, Kettwitz, Tiefenbach
nach dem ersten Regen sehr frisch, sehr kühl
aber
+ wiederkommt später, blitzen, Feuer, Regen
Programm für die letzten vier Tage
noch nicht.

1730.

1. Mai. Baden. Es war sehr trocken, aber
nach 3 Stunden regnete es wieder, besonders nach

S

A

J

D 120

R

22

PROGRAMMA
D. IOH. ZACH. HARTMANNI,

INSTITUTIONVM IVSTINIANEARVM ET IVRIS
PATRII PROFESSOR ORDINARIVS

DISPV TATIONI IVRIDICAE

DE

CONIVGIBVS INCANTATIS
EORVMQVE SEPARATIONE

PRAEMISSVM.



Valeantne aliquid, quæ circumferuntur, incantamenta & veneficia, quæstionis incertæ est atque in utramque partem agitatæ. Alii ea superstitioni vanissimæ adscribunt fabulasque dicunt, quibus nihil sit fabulosius. Contra alii illos ipsos vanos adpellant, qui vires & effectus incantationum magicarum stupendos tam præfracte negauerunt, vel negare audent etiamnunc. Non est ergo, quod miremur, quare & matrimonii haud raro aliquid fascini admixtum & adspersum omnis fere ætas crediderit. Et profecto, si sacra est memoria maiorum nostrorum, si ullum apud nos piæ antiquitatis pretium, matrimonia incantata veluti certa adfirmare sanctius & reverentius est, quam nondum fatis explorate cognita atque percepta prohibere. Nam et si dillonæ hodie audiantur voces, et si vndique superstitione petatur, iuuare tamen fortasse potest deplorataam causiam exemplorum, quibus referti sunt annales, etiam illustrium, copia. Possem, si operæ pretium foret, cumulum illorum struere. Verum sit nobis pro vniuerso populo unus Imperator Fridericus V. qui cum Eleonoram in matrimonium duceret, incantationum potentiam ligacionesque magicas veterarum quarundam Lusitanicarum teste locupletissimo Ænea Sylvio mirum

in modum pertimuit. Non pigebit integrum narrationem Æneae, quæ extat in vita Friderici, quia festiuæ & lepida est, hic recitari: Exinde, inquit, fessus abire, Leonoram autem sponsam suam nondum cognoverat, quod id operis in Alemanniam referre volebat; siue ne sanguis Italicus sibi nasceretur, siue aliud religionis in mente gerens. Virgo moesta videbatur, que se circumduci velut parum placentem existimabat. Quod cum Alfonsus animaduertisset, adiens Cesarem, in ea urbe atque in his edibus, ubi tunc fuere, contractum fuisse matrimonium indicit, ibique merito consummandum: a Deo datum esse, in eundem locum ut ambo venissent, orat ergo, ut virginis misceatur. Quod cum Fridericus negaret, ergo, innit Alfonsus, neptem meam in Alemanniam duces, atque illinc cognitam, si minus placuerit, ad nos remittes, aut ea fortasse neglecta cum alia contrahes? quin potius eam hic cognosces, ut, si placeat, abducas rem gratam tecum, si minus, apud nos onus dimittas. Quibus verbis, et si erat Cesar paullo debilior, commotus est, atque operam matrimonio dare statuit. Inssit igitur Teutonico more stratum adparari, iacentique sibi Leonoram in vinas complexusque dari, ac praesente Rege cunctisque Proceribus adstantibus superduci culcitram. Neque aliud actum est, nisi datum osculum. Erant autem ambo vestiti, moxque inde surrexerunt. Sicque consuetudo Teutonicorum se habet, cum Principes primo iunguntur. Miseres Hispanæ, quæ aderant, arbitratæ rem serio gerit, cum superduci culcitram viderunt, exclamantes indignum fieri facinus, Regem, qui talia permetteret, increpabant. Ille autem

autem non sine risu & incunditate spectabat peregrinos mores. Nocte, quæ infibbat, futurus erat concubitus ex nudis. Dum ergo saltationibus uniuersa curia intenta est, feminine Portugallenses, quibus cubiculi secretieris commissa cura erat, fumigations super stratum faciunt, in quo iacentum est; carmina dicunt, & accessito sacerdote lectum benedicunt, irrorantque sanctis aquis: ut est supersticio mulierum, quæ sic felix connubium & amorem, utrinque perpetuum arbitrantur futurum. Quod ubi Cesar accepit, veretur, ne quid venefici interueniret, alium sibi substerni lectum iussit, vocarique ad se coniugem. Temebat enim nutricem Imperatricis, quam rerum huiusmodi peritam aiunt, quibus fascinari mentes hominum solent, similemque illi putant, de qua nobis Poëta scribit:

Haec se carminibus promittit soluere mentes,
Quas velit; ast aliis duras immittere curas,
Sistere aquam fluuiis & vertere sidera retro,
Nocturnosque ciet manes, & mugire videbis
Sub pedibus terram & descendere montibus
ORNOS.

Quibus rebus etsi plerique fidem habendam negent, Flaccus tamen cum diu pugnasset, his artibus nihil inesse ponderis, mutatus tandem, iamiam, inquit, efficaci manus scientiæ supplex. Et sunt qui Circem non fabulose vertisse in feras hominum vultus adfirment. Nos illud in primis trahit, quod de Pbitonissa faci libri commemorant: quam Samuelis animam de inferni abditis euocasse tradunt ut virorum conspectibus redderetur. Si tamen animam Propheta fuisse credimus & non phantasti-

tam potius illusionem Satanae. Vicinque consuliſſimum
 censeo, cum facultas eſt, magicarum artium uitare falla-
 cias, conſiliumque Caſariſ in ea re non vanum dico ſuiffe.
 Verum Imperatrix bis terque vocata in ſuo leto manere,
 morem ſeruandum dicere: viros in ſtratum uxori: ire ſo-
 litos, non contra fieri ſolere. Caſar veluti vicit ad eam
 pergit rogaque, ſecum in alium ibalam profiſcatur;
 recuſantem manu prendit, vincitque facile nolemente vin-
 cere, atque eo pacto vitatis incantationibus in alio leto
 matrimonium conſummatum eſt. Hæc Æneas Sylvius,
 poſtea Papa Pius II. Scimus quoque, Pontificem
 Innocentium VIII. a. 1484. fascinationibus & ligationibus
 matrimoniorum peculiari Bulla occurriffe:
 Innocentius Episcopus, Seruus Seruorum Dei, ad futuram
 rei memoriam &c. Sane nuper ad noſtrum non ſine in-
 genti moleſtia peruenit auditum, quod in nonnullis partibus
 Alemannie superioris, nec non in Moguntin. Colon. Treue-
 ron. Saltzburg. & Bremen. prouinciis, ciuitatibus, terris,
 locis & diuīſibus complures utriusque ſexus perſonæ, a
 fide catholica deniantes, cum demonibus, incubis & ſuccu-
 bis abuti, ac ſuis incantationibus, carminibus & coniu-
 ctionibus aliisque nefandis ſuperſtitionibus & ſortilegiis,
 excessibus, criminibus & deliciis, mulierum partus, ani-
 malium fœtus, terre fruges, vinearum uas, & arborum
 fructus, nec non homines, mulieres, pecora, pecudes &
 alia diuerſorum generum animalia, vineas quoque, pomari-
 a, prata, pascua, blada, frumenta, & alia terra legu-
 mina perire, ſuffocari, & extingui facere & procurare,
 ipſosque homines, mulieres, iumenta, pecora, pecudes &
 ani.

animalia diris tam intrinsecis quam extrinsecis doloribus &
 tormentis afficere & excruciare, AC EOSDEM HOMI-
 NES, NE GIGNERE, ET MULIERES, NE CONCI-
 PERE, VIROSQUE Vxoribus, ET MULIERES, NE
 VIRIS ACTVS CONIVGALES REDDERE VALEANT,
 IMPEDIRE &c. Nolim reliquam producere ante oculos
 antiquitatem, tot illustres animas, tot tantaque
 nomina, permagni vires ligationum magicarum, san-
 ctio quoque matrimonio inimicarum, facientia. Tan-
 tum curiositas, quæ non semper in vito est, & cupi-
 ditas sciendi effectus ligationum illarum magicarum
 portentosos, modumque, quo perficiuntur, fortas-
 sis nos subit & angit? Et videtur, si quis alius,
 Cornelius Agrippa hæc non mirabilia, sed prodigii
 similia, edocere satis nos posse, ipse forte ad-
 flatus & adustus arcanorum istorum flammulis: Re-
 spat, inquit lib. I. de occult. philosoph. cap. II. de li-
 gationib. nunc videre rem magne mirabilatis, & ipsa est
 ligatio hominum in amorem vel odium, in agitudines &
 sanitates, & eiusmodi. Item ligatio furum & latronum,
 vt in aliquo loco emere vel vendere nequeant: ligatio ex-
 ercitus, vt metu aliquam transfire non posse: ligatio na-
 num, vt nulla vi ventorum etiam infinitis velis per ven-
 tum tensis porcum egredi minime valeant: item ligatio mo-
 lendini, vt nullo impetu volvi posse: ligatio agri, vt fru-
 ges in eo produci nequeant: ligatio loci alicuius, vt in eo
 coedificari nihil posse: ligatio ignis, vt in aliquo loco acci-
 endi non posse, & quod aliquid combustibile adposito for-
 tissimo igne non ardeat: item ligatio fulgurum & tempe-
 statum

statum, ut notere non possint: ligatio arium & ferarum,
 ut volare vel fugere nequeant: & horum similia vix cre-
 dibia, qua tamen sapius experientia cognita sunt. Mo-
 di ligationum varii ab eodem Agrrippa loco dicto
 perunlgtati sunt: Fiunt autem, inquit, ligationes hu-
 usmodi per veneficia, per collyria, vnguenta, potiones,
 siue philtrea, per alligationes & suspensiones, per annulos,
 per fascinationes, per fortes imaginationes & animi ex-
 cessus, per imagines & characteres, per incantationes, &
 impreatiuncles, per lumina, per sonos, per numeros,
 per verba & nomina, invocationes, sacrificia, adiura-
 tiones, exorcismata, consecrationes, deuotiones, per que
 varias superstitiones & obseruationes, borumque similia.
 Sic legere memini ligari serpentem, ut nequeat
 loco cedere, quando hunc sibilum quis edat: Osi,
 Osia, Osia. Sic verba: Socnon Socnon, eius esse aiunt
 efficaciæ, ut fluxus sanguinis oppido sistatur, si ef-
 ferantur vicies septies, parsque læsa digito annula-
 ri tangatur. Idem cœte perhibent, si haec mussilenti-
 tur: Charat, Cara, Sarite, confirma, consona, imabo-
 lite. Sed & heliotropium collectum sole in Leone
 existente folioque lauri inuolutum cum dente lupi,
 itemque cynoglossum gestatum sub digito pedis
 maximo homines ira accensos & canes ligare af-
 firmant, ut illi nocere & maledicere, hi mordere &
 latrare nequeant. Non est, quare quis inhorrescat,
 quod ego haecce in chartam coniiciam. Neminem
 clam esse potest, plura & magis horrenda inueniri
 apud Albertum Magnum, Trallianum, Fernelium,
 Gock

Goclenium & sexcentos alios, qui omnem vitam in artibus his sublimibus atque altissimis egerunt. Postquam nobis ætas ingeniumque adoleuit, periculum non est, ut tam debile virus noxiū nostris possit esse animabus. Deinde ita quidem ista ab illis referuntur: iisque fidem habeamus, quoad fas est. Sed in his videtur disceptationis caput esse, ut excutiatur: an sine contactu mutationes in corporibus producere valeant mortales? an spiritus mali corpora, prout eorum ibido est, mouere ac transmutare atque in imagines formare possint? quam rem Antonius van Dalen comm. de miraculis, item de idololatria & superstitione sub examen vocavit: porro an in verbis obscurissimis, in numeris, in characteribus, circulorum linearumque ductibus, in sono & aliis id genus obseruationibus ea consistat virtus, ut ligationum magicarum monstrosos efficiat habere possumus peruersos? Fateor in hoc scientiæ genere nullas me noctes insomnes traduxisse, imo ne curiosi quidem aut diligentis hominis titulum affectasse vñquam. Quare ut ego equidem in causam hanc controuersam me demittam, animum nondum induxi neque inducturus facile sum. Illud indicare hic licet, me cum permultis mente adsequi haud valere, qui possint mortales lege rerum omnium peruersa inconsuetoque naturæ auctore & conseruatore artibus suis magicis aut diaboli ope efficere, ut stent aquæ, turrem fluant, domicilia salient, legiones spiritu diffentur, ægri deambulent, sepulti & vermis consumti choreas du-

b

cant.

eant, senes studeant pilæ, iuuenes algeant, eunuchi generent, gignant aniculæ, contra ad parientum aptissimæ sterilescant. O quam

Omnia transformant se in miracula rerum!

Atque his sunt illi, qui incantamenta quævis, & magiæ potentiam, & ligationum vires, & portenta sagarum, & monstra diaboli iocum risumque faciunt. Quoniam rem ipsam persequi nunc non vacat, minimum referre nostra quis crederet, ut illos, qui magiæ & beneficiorum incantationumque fidem omnem attenuatum iuerunt, breuiter percererem. Sed nec id consilii hoc loco in pectore mihi esse potuit: quis enim omnes eruditorum, qui sagarum & magiæ aniles fabulas perstrinxerunt, ordines vna vel duabus pagellis perambulabit?

Nec tali auxilio, nec defensoribus istis

Tempus eget nostrum.

Interim præcipue in ea cauſa partes fuerunt ex Iurisconsultis Illustris THOMASII de criminis magia atque de orig. & progr. prot. inquis. contra sagas; ex Theologis magni SPENERI in den Theol. Bedenkern, & FRANCISCI HUTCHINSONII Theologiæ Doctoris in Tractatu idiomate Anglico conscripto, cui titulus: *An historical essay concerning witchcraft.* Detrahere vi-dear debitas huic Hutchinsonio laudes, si reticeam, quæ de eo leguntur dans la Bibliotheque Angloise ou Histoire Litteraire de la Grande Bretagne l'an. 1718. tom. 3, partie I, art. 3, p. 78. *Les erreurs les plus pernicieuses s' introduisent aisement parmi les hommes.* Nous n'en rapporterons ici que deux exemples tres-capables

bles de détromper ceux, qui ne sauroient concevoir, que certaines erreurs, quelque grossières qu'elles soient, ayent pu se glisser dans la religion Chrétienne. On a cru pendant plusieurs siècles, que les personnes, qu'on appelle herétiques, méritoient la mort, & on les a fait brûler d'une manière impitoyable. On a cru pendant plusieurs siècles, qu'il y avoit des sorciers, qui faisoient des pactes avec le Demon, & on les a condamnéz à expirer au milieu des flammes. Mais aujourd'hui tous les Protestans sans exception & tous les Catholiques Roms éclairez des approuvent le supplice des herétiques. Pour ce qui est du sortilège, on le regarde à présent comment une erreur vulgaire dans les païs mêmes, on l'on n'a point aboli les loix contre les sorciers. On ne fait plus mourir en Angleterre les personnes accusées de ce crime : & les Cours Souveraines de France ne connoissent plus de ces sortes de causes. Il est donc vrai, que l'on a ôté la vie sans raison à une infinité d'herétiques & de prétendus sorciers. Après cela, doit-on être surpris que des erreurs moins préjudiciables à la société continuent de regner parmi les Chrétiens ? L'Auteur du Liure, dont nous allons rendre compte, s'est proposé de faire voir, qu'il n'y a point de véritables sorciers. Il a dédié son ouvrage à Milord Parker, Chef de l'Inquisition des Plaidoyers Communs, & à Mr. le Chevalier Bury, Principal Baron de l'Echiquier. On ne doit pas s'imaginer que ce livre soit inutile. Voici un fait assez récent, que je communiquerai à mes Lecteurs, & qui les convaincra, que Mr. Hutchinson n'a pas entrepris inutilement le combattre l'erreur vulgaire touchant les sorciers.

L'an 1712. une vieille femme, nommée Jeanne Wenham,

b 2

fut

fut accusée d'être sorcière. On lui fit son procès à Hartford (qui est la Capitale de la Province du même nom) & les Jurez la trouverent coupable. Le Juge étonné de cette déclaration, leur dit: Quoi? Messieurs, vous trouvez cette femme coupable d'avoir eu un commerce familier avec le Diable sous la forme d'un chat? Oui, Milord, répondit le Chef des Jurez (en Anglois The Foreman of the Jury) c'est à dire, celui qui porte la parole au nom de tous les autres. Le Juge fut obligé de condamner cette femme à être pendue; mais il obtint la grâce de la Reine Anne. --- Ce livre est un dialogue entre un Ecclésiastique, un Avocat & un Juré. Sed ne excidat e memoria prudentissimi Iesuitæ Patris SPEE cautio Criminalis, quo in libro acutum caput iam anno 1632. sortilegiis, quibus imperita plebi illo ævo illudebatur, egregie rursus illusisse dicitur. Omnibus hisce doctissimi Angli IOANNIS WEBSTERI liber *Displays of supposed witchcraft*; iungendus est. Qui acerrimi scriptor iudicii laudem Hutchinsonii non adæquasse solum verum exsuperauisse etiam videtur. Fac vero dari incantata matrimonia & ligationibus magicis illa obnoxia esse: annon rursus medicamen dabitur ad soluendum fascinum? Consultam ea de re aliquando fuisse Facultatem Medicam N. ab amicis accepi, & respondisse eandem: Sie wolten zwar glauben, daß wider das Nesteknäpfen Kräuter gefunden würden, es wären ihnen aber dieselbe unbekannt. Egregium & prudentissimum Responsum! cui si quis adquiesceret dubitet, is mea quidem sententia nec iuuabitur
anus

anus apud Petronium opera, quæ Polieno nervis ad Venerem destituto fuit salutaris, ut ipse ille de se testatum reliquit: *Illa de sinu licet protulit varii coloris, filis intortum, cervicemque vinxit meam. Mox turbatum sputo puluerem medio sustulit d'gito, frontemque repugnans signauit. Hoc peracto carmine ter me insit exsuffere.* - -

Mensis agitur alter, cum Vir nobilissimus IOANNES HELVIGIVS ZIELINSKI mihi mitteret Dissertationem *de coniugibus incantatis eorumque separazione*, me Decano, si amplissimo Ordini Iurisconsultorum ita visum fuerit, publice contra Dissentientes tundam. Exposui, vt par est, illius desiderium in Facultatis consessu, Dissertationemque, in qua nihil immataueram, nihil interposueram, aut interpolaueram produxi. Probari quoque illam in clyto Ordini Iuridico intellexi. Hac itaque ita ferente occasione libuit non tam meam de incantationibus & ligationibus matrimonii sententiam dicere, quam effectus illarum negantium rationes leuisime indicare. Evidem videtur saltem, magiam omnem & incantamenta rem nostro ævo pene occisam habere. Verum quemadmodum a nemine, dum spiritum traham, postulabo, vt ad meas præcepta velut ad leges alliget, ita eandem sentiendi libertatem mihi vicissim ab aliis largiendam esse iudico. Quare ex instituto maiorum laudabili restat, vt nobilissimi Candidati IOANNIS HELVIGII ZIELINSKI ortum vitæque & studiorum rationem cognoscamus. Ut exordiar inde, unde oportet, Hamburgum, decus Germaniæ, natales illius

b 3

fibi

fibi vindicat. Etsi quoquis loco ingenia nascantur præclara, non immerito tamen inter bona fortunæ numeratur, in officina aliqua omnis politioris litteraturæ in lucem edi. Genitus est die quarto Februarii anno septingesimo supra millesimum Patre IOANNE IACOBO ZIELINSKI, Viro nobilissimo & Consultissimo, primum causarum forensium apud Hamburgenses vsque ad annum sextum & decimum supra millesimum septingentesimum oratore disertissimo & celeberrimo, postea Regiæ Maiestatis Daniæ & Noruagiæ Consiliario Cancellariæ. Hic puerum non tantum publicis Lyceorum, quæ Hamburgi florent, præceptoribus, verum domesticæ quoque Ahasueri Burmesteri Notarii Cæsarei Publici institutioni tradidit. Perceptis litterarum rudimentis studiorumque humanitatis cognitione non leuiter tinctus noster cœpit etiam iuuenis admodum ex ductu optimi Parentis ad negotia forensia applicare animum. Verum deinceps ex eodem genitoris prudentissimi consilio ad Academiam Regiomontanam, vt per grauiores iuris disciplinas omnes mentem circumferret, ablegatus est. Auulsi a patria solum illius dulce & carum sèpius cogitamus: Igitur cum ipsa Prussia orta sit gens Zielinskiorum, ne mirerum, quod Prusiam adire Academiam iussus fuit. Zielinskios enim claritudine & nobilitate generis præcellentes surrexisse in Polonia: & quosdam illorum religionis causa in Prusiam concesisse, hosque, vt a Polonicis Zielinskiis sese distinguerent, litteram de præposuisse nomini, proditum memoriz

riæ est. Vid. Simon Okolski in Orbe Polonico. Hartknoch. in Chronico Prusifco p. 356. & 451. aliquæ. Ac nuper etiam litteræ a Comite PACIO, quem Comitia regni Poloniae anno MDCCII. dissolutæ celebauerunt, ad quendam vinculo propinquitatis Candidato nostro coniunctum exaratae nobilitatem antiquæ huius gentis adhuc in Polonia peruigentem clare testantur. Ab re non facturum me esse arbitror, si luculentum istud testimonium hoc transcribam.

CASIMIRVS MICHAEL Comes in Dovvspuda & Rozanka Pac, Eques Melitensis, Mare-schalcus Curiæ M.D.Lit. Commendator Porna-nien. & Stuvolovvicens. Capitaneus Pincen. Sziruvvintensis &c.

Notum testatumque presenti attestatione mea facio vniuersis eandem lecturis, & ceteris, quibus scire conuenit: Quod multam illustris Familia Zielinski appellata semper floruerit nobilitate in Polonia Regno, fueritque prærogatiua celeberrima, quando & ad presens adhuc tot tantaque specimina extam, qua egregia huius Familiae facta supremarumque dignitatum decora, quibus erat semper & nunc est ornata, singulorum oculis dilucide offerunt. In maiorem huius rei fidem propria manu me subscripsi, sigillumque meum adponi curau. Datum in hereditariis bonis meis Dowspudienibus d. 30. Martii anno 1715.

**CASIMIRVS MICHAEL Comes Pac,
Eques Melitensis, M.D.L. Curiæ Mare-schalcus &c.**

(L.S.)

Noster

Noster itaque, dum in celeberrima Regiomontana com-
moratus est, lumenis Antecessoribus, IOANNI STEINIO
itemque BECKENSTEINIO, cui in Augustissimi Impe-
ratoris Russie Academia, quæ Petroburgi omnis generis sci-
entias in maius meliusque prouehit, munus Professoris de-
latum, operam dedit. Præsertim viro consultissimo BAL-
THASARI TILESIO, Regiomontanæ nunc Antecessori
iuris primario, se adiunxit, consiliaque & ductum eius se-
cucus est, defenditque hoc ipso Praefide anno MDCCXXV.
publicam Dissertationem, de Cautela bey Verpfändung mei-
ner Haab und Güter. Digressus anno MDCCXXVI. Pru-
thenicis Athenis Dantiscum aliasque splendidas munditie-
que adfluentes vrbes spectauit. Tandem sub finem anni
MDCCXXVI. in Holsatiam reuersus primum mente & me-
ditatione crebra recolens, quæ Regiomonti & alibi haufe-
rat, mox praxi forensi animum adiucere cœpit, ac deinde
quo fructu industria perciperet vberiores, a Facultate no-
stra Iuridica, vt titulo Doctoris ornaretur, petiit. Quam-
obrem impetrata admissione ad examina, & respondendi
alacritate & docta legum enodatione Ita abunde Ordinis
nostræ impletæ exspectationem, vt iudicatus sit dignissi-
mus, qui, quam obtulerat, Dissertationem *de coniugib[us] in-
cantatis corumque separatione* e publico suggestu futuro die

Decembris tutaretur. Quod igitur muneris mei
est, Proceres generis dignitatumque suarum splendore con-
spicuos, & fautores Mularum singulos, nostrosque eriam,
vt solemnem hanc disputationem audiant, quo par est, cul-
tu & obseruantia rogo. P. P. Kiliæ d. Decembris
MDCCXXVII.

(L. S.)

ULB Halle
004 367 324



3



22

PROGRAMMA
D. IOH. ZACH. HARTMANNI,
INSTITUTIONVM IVSTINIANEARVM ET IVRIS
PATRII PROFESSOR ORDINARIVS
DISPVNTATIONI IVRIDICAE
DE
**CONIVGIBVS INCANTATIS
EORVMQVE SEPARATIONE**
PRAEMISSVM.